

IMPERIVM ROMANVM



Roma in Italiā est.



Italia in Europā est.



Graecia in Europā est.



Italia et Graecia in Europā sunt.



Hispānia quoque in Europa est.



Hispania et Italia et Graecia in Europā sunt.



Aegyptus in Europā non est, Aegyptus in Africā est.



Gallia non in Africā est, Gallia est in Europā.



Syria non est in Europā, sed in Asiā.



Arabia quoque in Asiā est.



Syria et Arabia in Asiā sunt. Germania non in Asiā, sed in Europā est.




Britannia quoque in Europā est.



Germania et Britannia sunt in Europā.


Estne Gallia in Europā? Gallia in Europā est.


Estne Roma in Galliā? Roma in Galliā non est.


Ubi est Roma? Roma est in Italiā.


Ubi est Italia? Italia in Europā est.


Ubi sunt Gallia et Hispānia? Gallia et Hispānia in Europā sunt.


Estne Nilus in Europa? Nilus in Europā non est.


Ubi est Nilus? Nilus in Africa est.


Rhenus ubi est? Rhenus est in Germania.


Nilus fluvius est. Rhenus fluvius est.

